ris gratiam mora ac lentitudine perdat omnino atque extenuet. Accedit ampliùs, quòd nulli non in artis operibus exercitato conſtat maximè, minùs tum aptam naturæ ſupramodū afflictæ & oppreſſæ præſidii è longinquo arceſſiti rationem, quum inter ancipitis morbi vel in fata properantis momenta breviſſima operam medentis velocem non corbitam efflictim illa deſiderat, quum venis majoribus circum undique æſtuant & flagrant luculento igne naturæ, & vitæ lares, procul à foro & fomite ſepoſitum ex ultimi minoribuſque venis ſanguinem educere, nullius reum deprehenſum incendii, vixque naturâ vel corruptelâ igniario parem minùs etiam

ad citatum illum in partes ſuperas impetum excurſumque vel inferendam labem comparatum videris; ſic ut oſtio etiam patente ſuo ſe alveo piger ſæpiùs contineat, niſi frictione jugique circumaffuſæ tepidæ illicio recaleſcentem ad fluendum provocaveris cætera plurimo limo & craſſamẽto torpidum turbidũque, pluribus denſioribuſque fibris tanquam pedicis vinctum irretitumque caloris & ſpiritus omni vigore caſſum ac deſtitutum. In hunc porro errorem revulſionis è partibus diſtantiſſimis ſollicitandæ ac quærendæ induxit Avicennam Arabumque conſectaneos & tribules inanis ille metus qui in prærupta tranſverſos agit ac inconſideratos præcipitat,

ne procurata è propioribus venis revulſione, majore vi diſtractus humor atque è vicinia devocatus, tùm in affectam partem largiùs citatiúſque irrumpat, & jure quidem videretur illud metuendum, ſi tùm minus modo revulſionis cura medici conſilium occuparet, deque humore morbifico ſolùm deportando foret negotium, ut cucurbitalis incruentis, injectiſque vinculis nonnum quam ſtudemus patrare, quibus ideò partes longiùs ab affecta parte diſſitæ ſeligi ſolent. Verùm ubi conjuncta ſimul fervent vrgentque ſtudia revulſionis & vacuationis promovendæ, ac properatæ opus, nullus planè relinquitur metuendæ huic noxæ locus, cujus in te

eſt ſuſpicionem omnem continuò depellere, & ex lege artis, neque naturæ ingratiis res ejus in vado collocare, illâ κενώσει ἀντισπαστικῇ plurifariam repetitâ, nullius deinceps futurâ obnoxiâ querelâ ἀναδρομῆς aut μεταστάσεως nimiſquam infidæ. Quinimò neque iſtam ejuſmodi revulſionis noxam vacat experiri in malignis præcipitibuſque morbis, in quibus ἐπὶ τὸ κατεπεῖγον, nonnihil mutatâ interdum velificatione, clavum regit ac temperat medicus ἠδελφισμένος, nihil tamen de ſuo conſilio tum viſus migrare quum buboni venereo, peſtilentis, veneni labe partibus inquinatis, cucurbitulas, cauſtica, Epiſpaſtica, ferrum, ignem quamprimùm jubet admoveri. Jam verò ſi

Vacuatione revulſoriâ.

Recurſus.

Traductione.

Ad id quod urget.

Germanus.

tantum revulſoriæ virtutis in ſaphenæ ſectione eſſet collocatum, cur de illa tum primùm ſecanda illi non cogitant, nec majoribus ire deproperant auſpiciis, quum totus in orgaſmo ſuique impotens, inteſtino vitio à natura abalienatus humor quaquâ affectat viam, calore & fermento æſtuabandus, putris ac turbulentus fervere incipiſſit & agitari: maximè cùm tempori non ſit modò opportunitas idonea, ſed neceſſitas ſumma premat revulſionis, quam iſti de ſaphena præcipuam ducunt, adhibitis omnibus machinis potentiùs ſollicitandæ. Debuerat ſanè ſub diem quintum vocatus D. Joly feriùs factam illam quiritari, Galenique appellare legem quâ

jussit ἀντισπᾶν μὲν χρὴ τῶν ἀρχομένων ῥευματίζεσθαι πορρωτάτω τῶν περιττῶν, οὐχ ἕλκειν ἐπ' αὐτά: idque vel eo præsertim titulo, quod de venæ sectione latam illam velit cum gente Arabum universa, ex hoc quippe loco suum illud de facienda ex distantissimis revulsione dogma conflarunt, Galenumque (uti sæpius Avicennæ in more positum est) in suas partes obtorto collo etiam nolentem pertraxere. Ille siquidem 13. meth. Med. c. 6. de curatione singulorum affectuum qui ad excitandam inflammationem concurrunt, verba facturus, artis opera in summam divisa ubi contraxit, Venæ sectioni addicit minuendam succorum abundantiam; Vitium verò eorum purgatio-

Revellere quidem oportet incipient fluxione, longissime quæ redundant, non adhac pertrahere.

ni, quæ ſit cuique ſuperanti ſucco accommodata ; ac abſente quidem febre, exercitatione minuendæ plenitudinis copiam facit, quæ parti ægræ non ſit incommoda, ſimiliter frictione aut purgatione: τὸ δὲ, inquit, ἐν τοῖς ἄνω μέρεσιν ἔχοντι τὸ φλεγμαίνειν ἀρχόμενον, ἡ διὰ περιπάτων καὶ δρόμων κίνησις ὠφέλιμος· οὕτω δὲ καὶ ἡ τρῖψις, τούτοις μὲν ἡ τῶν σκελῶν μᾶλλον. οἷς δὲ ἐν σκέλεσι τὸ φλεγμαῖνον, ἡ τῶν ἄνω. τὸ γὰρ τῆς ἀντισπάσεως παράγγελμα κοινὸν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἅπασιν. οὐκοῦν οὐδ᾽ ὅτων ἤτοι κατὰ τὴν ἕδραν, ἤ τι τῶν πλησίον μορίων ἀρχὴ φλεγμονῆς γέγονεν, γαστέρα λαπάξεις, ὥσπερ οὐδ᾽ εἰ κατὰ κύστιν, ἢ αἰδοῖον, ἢ νεφρούς, οὐρητικὰ φάρμακα καταπίνειν κελεύσεις, οὐδ᾽ εἰ γυναικὶ κατὰ μήτραν ἢ αἰδοῖον, ἔμμηνα κι-

Cui verò in partibus ſupernis ſubſit incipiens inflammatio, ambulatione & curſu quæ fit exercitatio, utilis, ita quoque & frictio, his quidẽ crurum potius. Quibus verò in cruribus e inflammatio, ea quæ ſuperiorũ eſt partium, revulſionis namque præceptum his omnibus ejuſmodi commune eſt. Neque igitur ubi circa anum, aut vicinam aliquã partem initiũ eſt inflammationis, vẽtrem emollies, velu-

ϖιῆσ‌ϛ, ἀλλ' ἐπὶ τὰ πορρώτατα τ' ἀντίσπασιν ἀεὶ ποιῆσ‌ϛ. Quocirca ad hæc Galeni verba videtur D. Joly animum legendo non appuliſſe quæ de una & ſola eos qui in vitio ſunt humores per purgationem revellendi unâ vacuandique ratione faciunt fidem. Quantùm autem ab ea quæ venæ ſectione celebratur, iſta diſcrepet, norunt medicorum οἱ χαρίεντες, neſciit Arabum familia: quum ſic ad quodlibet genus vacuationis revulſoriæ divini Galeni ejuſmodi orationem ſiniſtrè admodùm detorſit, cum de cætero plurimùm interſit, venæ ſectione an purgatione ad hanc operam utamur. Alienum quippeprorſus à conſilio & recta ratione medendi phlegmone tentatis la-

i neque ſi ad veſicam, aut pudenda, aut renes ſederit, medicamenta urinas moventia propinari jubebis, neque mulieri ſi ad uterum aut pudenda affectus pertinẽt, menſtrua movebis, ſed quam longiſſimè revulſionem ſemper præſtiteris.

Elegantes & eruditi.

ctibus propinato medicamento purgante, ab univerſo corpore in inteſtinorum colliquias omnem ſuccorum corrivare ac deturbare impuritatem. Inflammatos cum veſica renes ſollicitare diureticis. In locorum phlegmone promovere menſtrua : ſcilicet ex Hippocratis decreto 6. epid. ſect. 5. art. 7. ἴησις ἀντίξοον, μὴ ὁμοιοῦν τῷ πάθει. Conſultò itaque egit, cavitque ex naturæ præſcripto & Hippocratis præcepto Galenus, ne in partes ægras recentis injuriæ acceſſione reliquarum excrementa converrendo tranſmitteret, ſed potiùs ab iis quàm longiſſimè curaret abduci. Nihil verò hujus incommodi importat quæ venæ ſectione adminiſtratur revulſio : quin-

Medela, contraria morbo eſſe non convenire cum morbo.

imo continentis morbi causæ nonnihil plerumque delibat, partem antecedentis injuriæ proximam protinus necnon opportunò ſubducit, nullius conſcia erethiſmi, nulli partium ſubdita vacuatione moleſta, placidè exhauriendi inflammati humoris æſtum ſimul comprimit & temperat, vagum ſiſtit ac perfugum dominæ naturæ compedibus adſtringit, illiuſque regnum reſtincto incendio aſſerit & vindicat. Viderint ergo illi, quàm tota via errent & ab ea dimoveantur futili longiùs abducti ejuſmodi terriculo, capiant errorem emenda a ratione oculis fidelibus, & documento properæ revulſionis vacuationiſque inſimul procuratæ accipiant meliùs docti,

ſanis ægriſve partibus gravioris mali inferri nihil quicquam. Amplius videlicet & cum igne multo carnoſis ſuccique plenis cæterorum alioqui conſanguinitate vaſorumque commercio locis irriguis, etiam pluribus vulnuſculis altiùs adacto phlebotomo ſauciis, admoneantur cucurbitulæ, molem omnem in quam aſſurrexerint confeſtim ſubſidere comperies, ſimul ac ſanguis fluere deſierit, eamque omnem quam valido continentique cucurbitularum ſuctu ex aliis partibus illa corraſerant ac in ſe congeſſerant, gravidata revomuerint humorum redundantiam: neque niſi affixis denuo cucurbitulis, in tumorem iterum reditura. Verùm eſto, digniſſimo tuo adverſario

versario aperiamus laxemusque carceres longinquæ revulsionis, in ipso capite fontium & extorum hepate ejusque ἀντιζύγῳ liene meta figi ultima debuit & poni, nec ultra datum transilire lineas; ac licèt communis superæ inferæque cavæ alveus in saphenam pateat, nec sit tamen commodiùs fieri à summis partibus ad infimas revulsionem ipse impetraverit, accipiat velim à Galeno, factoque convictus periculo resciat, οὐχ ὥσπερ ἐξ ἀψύχων ἀγγείων sanguinem cedere venis, totumque, ceu vinum fundo dolii resignato, statim effluere; patulo illum ostio ῥοιζηδὸν largiusque fluentem illicò, animi deliquio superveniente, converso ac revocato in vitalia impetu τ̃

Opposito.

Non quemadmodum è vasis inanimatis.

Cum impetu sonoro.

mpetum fi-entium. ἐνορμώντων, comprimi ſiſtique advertat, cæſiſque ad necem venis animalium ultimis, nihil depletis iis quæ ad hepar ſuperaſque partes attinent, vitam obſervet fugientem, non penuria ſanguinis ſed jactura ſpirituum, animæ vinculis diſſolutis; quorum paupertate torpet, ac veluti frigore præſtrictus etiam hæret ille, ſubſiſtitque ultrò in naturis invalidis. Addere his licet, objectu intermedii hepatis ſiſti vim revulſionis ex longinquo tractu fractæ & debilitatæ, nequæ de affecta parte aut vicinis quicquam *Præ contentione inflammationis.* διὰ συντονίην τῆς φλεγμονῆς, ut in prognoſtico cauſatur Hippocrates, aliquid poſſe tranſmiti Quòd ſi atrociſſimos inferarum partium dolores hæmorrhagia quan-

doque eodem authore redemerit, alia & priùs dominæ naturæ agnoſcat jura, alia opera artis miniſtræ. Ita illa quæ τὰ δέοντα ποιέει depellendis vacuandiſque humoribus, *Præſtat quæ oportet.* ſuis uſa viribus, ſuam habet initque proficiendæ μεταςάσεως rationem, aliam verò ab *Traductionis* ejus archetypo lapſa artificioſæ revulſionis meditatio. Naturæ ſemper integrum tutumque probè accuratos humores ſe duce nil à conſtituto limite deflexuros, etiam de longinquo, mediaque per viſcera innoxiè agere & traducere, arti verò in deducendis illis eliminandiſque tantùm non licere comperis: ſuæ illi ſpontis ſunt neque nutu arbitrioque medentis ita ſe permittunt ac gerunt componuntque, ut tam

longi dubiique itineris ſervent fidem, adeò facili obvioque in avia diverticulo, unde votis expectationique non ſit reſponſura vacuatio, vel illi quod in præſenti metu erat diſcrimini locum datura. Denique tandem pluribus hæc antiquæ veritatis dogmata veterum juxta recentiorumque ſcriptorum tabulis abundè eſſet confirmare, quæ uſu etiamnum ſe approbant. At ſufficiet Celſi verbis quod in quæſtione primùm fuit definire ac concludere. Neque ignoro (ait ille lib. 2. cap. 10.) quoſdam dicere quàm longiſſimè ſanguinem inde ubi lædit eſſe mittendum : ſic enim averti materiæ curſum, at illo modo in idipſum quod gravat evocari. Sed idipſum falſum eſt. Proxi-

mum enim locum primò exhaurit, ex ulterioribus autem eatenus ſanguis ſequitur, quatenus emittitur, ubi & ſuppreſſus eſt, quia non trahitur, ne venit quidem. Jam verò ſi Hippocratem conſulamus, efficaciam ſimul & juvandi celeritatem celebrata è venis proximis per venæ ſectionem revulſione cognoviſſe palam fiet In apoplexia lib. de vict. in ac. ſect. 4. art. 24. Ita præcipit φλεβοτομέειν οὖν χρὴ τὸν βραχίονα τὸν δεξιὸν τὴν ἔσω φλέβα ubi Galenus adjecit: τάχιστα δὲ πλεῖστον ἐκ τῶν κυριωτάτων μερῶν ἡ φλὲψ αὕτη κενοῖ τὸ σῶμα δὲ διὰ τοῦτο ἐπ' αὐτὴν ἀφικνεῖσθαι ἐν τοῖς ὀξυτάτοις νοσήμασιν. Itidem in angina art. 30. Hippocrates ὥστε ταχέως ἀποπνίγεσθαι, ἢν μή τις ταχέως

Secare igitur oportet dextri cubiti externam venam.

Celerrimè & plurium ex partibus maximè præcipuis hac vena vacuat corpus, & ideo ad hanc accedere oportet in acutiſſimis morbis.

Adeo ut celerrimè ſuf-

focetur, nisi quis cito succurrat celebratâ è cubito venæ sectione, venisque sub linguâ sectis.

βοηθῇ φλεβοτομίαν πεποιευμένος ἀπὸ τῶν βραχιόνων καὶ τὰς ὑπὸ τὴν γλῶσσαν φλέβας ὑποτεμών. Sic quoque ab Heraclide Tarentino & Diocle uſurpatum retulit Cælius Aurel. lib. 3. acut. cap. 4. Nihilominùs neque his ſibique Galenus ſcripſiſſe jure videbitur pugnantia lib. de curand. rat. per ſang. miſſ. cap. 19.

Quibus verò aliqua pars privatim laborat, non prius vacuatis, oportet mederi vacuatione æquabiliter ex omnibus, sed ut in his partibus quæ jam affici incipiunt. idcirco podagra quidem laborantes è cubito vacuare oportet, epilepticos verò & vertiginosos è cruribus potius.

οἷς δέ τι μέρος ἐξαιρέτως ἐνοχλεῖται μὴ προκενωθεῖσιν, οὐ χρὴ ποιεῖσθαι τὴν κένωσιν ὁμότιμον ἐξ ἁπάντων, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τῶν ἀρχομένων ἤδη πάσχειν. διὸ τοὺς μὲν ποδαγρικοὺς ἐπ' ἀγκῶνος χρὴ κενοῦν, ἐπιληπτικοὺς δὲ καὶ σκοτωματικοὺς ἀπὸ τῶν σκελῶν μᾶλλον. Neque etenim id eo ut à capite revellat, conſilio præſtitit, ſed ut ab infero ventre, unde periodici inſultus epileptici ac

vertiginis in cerebrum fons manabat, sisteretur interdum quoque nulla adductus revellendi lege, sed una quanto ciùs liberaliúsque vacuandi necessitate undecumque venam secuit Hippocrates ut in peripnemuonia lib. 3. de morbis τοῦτον ἢν θεραπεύης χρὴ τὴν κάτω κοιλίην ὡς τάχιστα καθῆραι κλύσμασι καλῶς, καὶ ἀπὸ τῶν ἀγκώνων καὶ τῆς ῥινὸς, καὶ τῆς γλώττης καὶ πάντοθεν τοῦ σώματος αἷμα ἀφιέναι: nimirum ut eo citiùs glomerata totis vitalibus incendia vires ponant, deque luculentiore foro, atque undique, igniaria submoveat, sollicitæ plurimùm artis operæpretium est raraque admodum fœlicitas. Eadem mente Aretæus lib. 2. de cur. acut. cap. 11. præceperat in saty-

Hunc ubi curaveris, oportet inferum ventrem quã ociùs purgare evenalis, bene etiam erit è cubito, naribus, lingua, & ex quacumque parte corporis sanguinem deduce.

riaſi τάμνειν φλέβα τὴν ἐν ἀγκῶνι, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ σφυρῷ καὶ πολλὸν ἀφαιρέειν καὶ πολλάκις. οὐ γὰρ ἄχαιρον νῦν λειποθυμίην ἐμποιέειν ἔς τε νάρκην τῆς γνώμης, καὶ ἐς τὰς τῆς φλεγμασίης ξυνδόσιας, καὶ ἐς τὰς τοῦ θερμοῦ τοῦ κατ' αἰδοῖον πρηύσιας. αἷμα γὰρ πολλὸν θερμασίης μὲν καὶ τόλμης ἔξαψις καρτερή, φλεγμασίης δὲ βορή, ταράχου δὲ γνώμης καὶ ἀταξίης ἔκκαυμα: quamobrem etiam c. 10. in uterino furore deſideratâ votis revulſionis ſaphenâ, è cubito vacuationem meditatur: γνόντα τὴν φλεγμονὴν ait ille, χάζαι φλέβα, μάλιστα μὲν τὴν ἐπὶ τῷ σφυρῷ. ἢν δὲ μὴ εὔροον ἔῃ, τὴν ἐπ' ἀγκῶνι, ἐπαφερέειν δὲ ἀπὸ τοῦ σφυροῦ. quocum convenit ſcriptori anonymo περὶ λοιμικῆς ſive de Variolis ex Rhaze c. 6.

Cædere venam cubiti, & quæ in malleolo, ac multum & ſæpe educere: neque enim intempeſtivũ eſt, tum animi deliquium promovere, conſopiendæ mentis gatiâ, ob inflammationis augmẽta, & igneum pudendorum ardorem, plurimus enim ſanguis caloris & furoris incentivum validum, inflammationis pabulum, perturbatæ & ordine motæ mentis fomes.

Obſervatá inflammatione tundere oportet venam maximè malleoli, ſi verò ampla non ſit, eam quæ in cubito, oportet etiam demere è malleolo.

c. 6. ἄριστον δ' ἐκχεῖν ἐκ τοῦ μέσου ἀγκῶνος, ἢ ἐκ τῶν παραφυάδων τούτου· εἰ δὲ ἀφανὴς εἴη ἐκ τῆς ἐντὸς φλεβός, εἰ δὲ καὶ αὕτη ἀφανής, ἐκ τῆς κρανιακῆς πλὴν κρεῖττόν ἐστιν, εἴπερ οὐχ εὑρίσκεται ἡ μέση, ἀφαιρεῖν ἐκ τῆς ἐκτὸς ἰγνύος. διότι αἱ τοιαῦται φλέβες ἕλκουσι τὸ αἷμα ἐκ τῶν ἐντέρων τῶν ἐν τῇ κοιλίᾳ πλέον τῆς κρανιακῆς. Quid plura? legem Methodicæ Revulſionis de naturæ accurata meditatione ab Hippocrate latam, ratam Galeno is maximè tenuerit ſanguinem mittendo, qui habito venarum delectu, tùm communes venas ſecuerit, cùm vicinas, ut docuit Galenus lib. de conſt art. cap. 17. nempe quæ communi alveo alluunt partem laborantem, vel ſaltem in has proximè

Optimũ etiam effundere ex medii cubiti venis, aut ex illi adunitis, quod ſi non comparent, ex interna vena, ſi verò hæc obſcura ſit, ex aphalicâ; niſi etiam melius ſit, ſi non inveniatur media, educere ex interiore malleolo, quoniam ejuſmodi venæ trahunt ſanguinem ex inteſtinis quæ in ventre ſũt potiùs quàm aphalica.

confluunt, quas proinde aptiſſimo Epitheto φλέβας ἐπιῤῥόους dixit Hippocrates lib. de ulceribus. Ac denique κατ' ἴξιν pro naturæ exemplo & norma revulſionis, ſitus retinent contrarietatem, qua ſine, revocari ab affecta parte morbi cauſa nullatenus poſſit, ſicuti ſine illa communitate venarum, inane omninò futurum artificium revulſionis, καὶ δεῖ διὰ τῶν κοινῶν ἀεὶ τὰς κενώσεις ποιεῖσθαι, ὡς εἴγε τὰς μηδὲν κοινωνήσας τῷ πεπονθότι μέρει φλέβας ἐντέμοις, οὔτε τὸ πεπονθὸς ἰάσῃ, καὶ βλάψεις ἀεὶ τὸ ὑγιές, ut aiebat Gal. lib. de tremore, &c. c. 5. Alterum verò hujus tuæ cum D. Joly habitæ contentionis caput eſt. An pleuritico ſaphena tundi debeat, ſive potius (in quo

Venas confluentes.

E directo.

Atque opus eſt per communes venas vacuationes perpetuò moliri, ita ut ſi nihil communicantes cum affecta parte venas ſecueris, neque affectæ parti medeberis, ſanæ verò ſemper nocebis.

totius controversiæ cardo vertitur) An tuo illi pleuritico. Si standum, ut par & æquum videtur, legibus veterum optima ratione fundatis, medendique usu receptissimo confirmatis, jam præjudicata res est, adeo ut non egeat ulla ampliatione: atque ex dictis liquet neque pleuritidi, neque sic constituto pleuritico saphenam secari debuisse: ac neutri propria ratione convenire tale genus revulsionis, unde altissimum, de ea pertundenda apud Græcos optimæ medendi disciplinæ principes, silentium: de una è cubito sanguinis missione Hippocratem meminisse jam diximus; cui Galenus est suffragatus: accessit quoque Aretæus lib. 1. de cur. acut. c. 10.

licèt in eo ab Hippocrate fecerit discessionem, quod καθ' ἴξιν noluerit celebrare ἀφαιρέειν ὑπ' ἀγκῶνος (vel castigatiùs ex antiquissimò codice ἀπ' ἀγκῶνος) τῆς ἐν τῷ κοίλῳ φλεβὸς, τῆς μὴ καθ' ἴξιν τῇσι ἑτέρῃσι πλευρῇσι, κρέσσον γὰρ ἀπωτάτω ἄγειν. Quanquam dolenti lateri licèt non ante septimum affigi cucurbitulam consulat. ἔστω δὲ μεγάλη εὐρεῖα πάντη, ἀμφιχεῖν τὸ ἀλγέον χωρίον ἱκανή. Fatetur tamen etiam maturiùs id remedii pleuritides eas flagitare quæ non sunt εὐήθεες. stetit verò à partibus Hippocratis Oribasius, collect. medic. lib. 7. cap. 5. Ætius tetrabibl. 1. serm. 3. cap. 12. Actuarius lib. 3 meth. med. c. 1. Celsus lib. 2 cap. 10. mitti verò is debet, inquit, si

Secundum rectitudinem.

Detrahere sub cubito.

E cubito, quæ in cavo cubiti sit, non ea quæ secundũ rectitudinem, sed quæ alterius sive oppositi lateris est, melius enim quam longissimè agere.

Sit verò magna cucurbita, atque amplo omnino ventre, quæ valeat dolentem locum undique complecti.

Benignæ & boni moris.

totius corporis caufa fit, ex brachio fi partis alicujus, ex ea ipfa parte, aut certè quàm proxima, quia non ubique mitti poteft, fed in temporibus, in brachiis, juxta tàlos: contrà favit Aretæo Cælius Aurelianus lib. 2. acut. c. 18. Adhibenda, inquit, phlebotomia, fed ex alio brachio quod fuerit dolenti lateri contrarium, certæ rationis causâ, quam fæpe memoravimus. Quamquam ipfe aliàs à methodicis transfuga hæmorrhagiæ immoderatioris fiftendæ caufa, lib. 2. tard. paff. cap. 13. perfeverante fluore cucurbitam cum flamma plurima occipitio admovendam jubeat: at Trallianus etiam ubi venæ fectioni locum defiderata fanguinis & plethoræ. Ἐπιφαινό- *Apparentia, five figna quæ*

μένα non permittunt cruentas cucurbitulas dolenti lateri admovet, εἰδέναι δὲ, ὅτι πολλοῖς μάλιστα ἐφ' ὧν μήτε πάνυ πλῆθος ἐν ταῖς φλεψὶ φαίνοιτο πλεονάζον αἵματος, ὠφέλησε τὸ καταχάσαι καλῶς ὀξυτάτῃ σμίλῃ τὸν τόπον, δεῖ δὲ καὶ σικύα χρήσασθαι μετὰ τὴν τομὴν, ὥστε ἐκ βάθους ἐλκυσθῆναι τὸ περιεχόμενον. καὶ τούτου γενομένου θαυμάζειν ἔστι πῶς, παρ' αὐτὰ καὶ ἡ ὀδύνη ὁποία ἂν εἴη, εἰ καὶ σφοδροτάτη παύεται, ὡς μὴ δεηθῆναι, μήτε πυρείας, μήτε ἄλλου βοηθήματος· τούτῳ οἱ ἐν Ἀρμενίᾳ ἰατροὶ, καὶ ἰδιῶται πάντες κέχρηνται, ἐκ τῆς πολλῆς πείρας τοῦτο μεμαθηκότες, καὶ ἀφελοῦσι. Ex quo tamen τοῦ καθ' ἶξιν diſtidio & potione Aretæo & Cœlib. τοῦ ἀνάπαλιν

morbi morem declarant.

Noſſe verò oportet quod plures, maximè in quibus neque valde magna copia ſanguinis ſuperantis in venis videtur, juvit optime locum pertundere acutiſſimo phlebotomo. Oportet verò poſt ſcarificationem uti cucurbitula, ut quod cōtinetur ex alto pertrahatur. atque hoc mirum videtur: quomodo dolore qualiſcūque extiterit, etiā acurrimus deſinat, ita ut verſoru egeat vel alio præſidio, hæc utuntur Armeniæ Medici, & rudiores etiā ex longo uſu edocti nō ſic commodo.

E diverſo.
E diverſo.

ſectione qua Arabibibus illi præiere num quod ad litem præſentem altius attendere eſt ſectam in pleuritide oppoſiti cubiti venam τὸ πορρωτάτω quod ad revulſionis opus D. Joly ambit ſtudioſiùs, omnino adimpleri. Verumtamen, cùm nihil habeat medicina perpetuum ; ejuſque leges abdicare ſæpenum erò ſolita ſit privata natura laborantis, vel recens qui ſupervenerit affectus, nec-non alia atque alia prægreſſæ cauſæ conditio interpellare. Privato judicio de iis venit ſtatuendum. Si namque venis omnibus plurimus ſanguis æſtuat exundatque, ſi quæ reſtiterint ſanguinis vel alteriùs excrementi ſolemni more ac periodo per inferiora vacuationes ſecutæ pleu- *Longiſſimè*

ritidis attulerint occasionem; neque tam saphenæ erit parcendum, vel si ex propria ægri constitutione (ut interdum contingit,) seu natura, seu vitio partium superarum venæ cubiti cædi nulla possint ratione. Nihil tale verò de tuo ægrotante factum accipio. Septies nulloque negotio è cubito missus sanguis fuerat: morbus εὐήθης, ut ex eventu constitit, speratam spem faciebat mox rediture valetudinis, firmæ vires atque integræ, supera vasa sectioni commoda, si quod restaret in principe remedio operæ pretii, non intercedebant: quamobrem facilè potuerat à saphena primùm secanda sibi temperare, nedum de illa repetenda consulere. Id sibi perperam per-

ſuaſus, quod primum juviſſet, nempe in vim aph. 52. ſect. 2. quo cautum πάντα κατὰ λόγον ποιέοντι μὴ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον. Conſideratiùs profectò debuerat accipere τὸ κατὰ λόγον, non ἁπλῶς audiendum, ſed ex interpretum atque ideo ipſius Hippocratis ſenſu qui καλῶς καὶ λογισμῷ προσήκοντι inventam ſcribit medicinam, ὀρθὸν λόγον hic intelligi qui quidem de ipſa rerum natura eruendus eſt, nec proinde adeo cuique obvius, & expoſitus, ſed plane χαλεπὸς καὶ δυσθήρατος, ut fidem faciunt plena ἀντιλογίας ſectarum divortia, uti ſcribit in com. Galenus : neque etiam debuerat illi excidere quod aph. 1. ſect. 1. præmonuerat Hippocrates κρίσις χαλεπὴ, τουτέστιν ὁ λόγος,

Cuncta cum ratione agenti non migrare in aliud.

Cum ratione non ſimpliciter.

Pulchre & cum ratiocinio convenienti.

Rectam rationem.

Difficilis & ægre eruendus.

Contradictionis.

Iudicium difficile, hoc eſt ratio.

Quod verum.

ut expoſuit Galenus cujus τὸ ἀληθὲς quum venatur ex eventu D. Joly migrat à dogmaticis ad empeiricos, quibus accepta ſtat pro omni ratione ἡ τῆς διὰ πείρας, εὑρισκομένων βοηθημάτων ἐπίκρισις, neque tuta illa & ab elencho immunis, οὕτως γὰρ, καὶ τοῦς χαλεπὸν καὶ δυσθήρατον· πολλῶν γὰρ ἰαμάτων τῷ κάμνοντι γεγενημένων εἴ τι ἐξ αὐτῶν αἰτιᾶται τῆς ὠφελείας ἢ βλάβης: quamobrem quæ ſic ἐκ πιθανῆς ἀναπλάσιος λόγου, non ex ipſa pleuritidis & revulſionis natura deprompſit D. Joly nulla ſe mole & pondere defendunt, malè materiatis & ruinoſis excitata ſubſtructaque fundamentis faciunt nudique vitium. Perge igitur, Clariſſime Ferrande, veterum juſtus hæ-

Per experientiam inventorum remediorum diſcrimen.

Revera enim & illud eſt difficile, atque ægre aſſequendũ, multis etenim remediis laboranti exhibitis, diffi ile num quoddam ex his in cauſam dare juvamenti aut noxæ.

Ex probabili figmento rationis.

res, veriorque interpres litterarum suis Hippocratem & Galenum, eo quo ſtudes pede, perſequi veſtigiis, iiſque unis & ſoles faciendæ ad naturæ exemplar Medicinæ doctoribus uti, hancque inde, quæ paucorum medicorum eſt, laudem ipſo Hippocratis elogio digniorem reportaturus, τὸ μικρὰ ἁμαρτάνειν. *Parum peccare.*
Vale.

Lutetiæ Pariſ. 4.
Februar. 1675.

Tuus ex Animo
BLONDEL.

AUTRE LETTRE de Guillaume Ferrand, du 15. Fevrier 1675.

A Mᵉ François Blondel, Docteur Regent de la Faculté de Medecine de Paris.

TUas accepi litteras, ſpectatiſſime Blondele, bracteati eloquii & doctrinæ ſelectioris plenas, quibus tam luculenter & diſtincte totam de ſecanda pleuriticis venâ quæſtionem dirimis, tum diſtincte legitimum illius uſum aſtruis, ut nullus (nequidem Domino Joly) deberet ſupereſſe pruritus ſaphenæ pleuriticis phlebotomandæ. Nemini ſanè Dominus Garbe, meritiſſimus Decanus Facultatis

Medicinæ Parisiensis, illius nomine, potuit hanc provinciam delegare meliùs quàm tibi, qui venerandi senis, & universæ Græcorum familiæ decreta calles pænitissimè. Tantùm namque tibi cum illa gente commercium, notitia linguæ, legumque tanta, ut ipsamet videris oriundus. Clamitent jam quantum voluerint theologi, non esse facienda mala, ut inde eveniant bona; ego contrà dixerim, bonis pleuriticorum rebus à semita benè medentium aberravisse Dominum Joly (cui ne debitam laudem videar denegare; libenter fateor illum publicæ saluti consuluisse, dum lucubrationibus suis locum dedit quàm par erat ampliorem. *O felix culpa quæ ta-*

lem ac tantum meruit habere reparatorem. Sed ô plectenda pervicacia medici, quæ doctorem Hippocratem, doctorem Galenum, te verò Blondelum explanatorem recusaverit: quid enim lucubratione tua verius, quid ornatius, quid pensitatius, ita ut tibi meritò conveniat illud Propertianum.

Cedite Romani scriptores,
cedite Graj.

Hanc historiam typis mãdavit Ioannes d'Alibour Senonensis, & Henrici IV. protomedicus.

Hæc mulier columba chatri vocabatur.

Legisti procul dubiò de muliere Senonensi, cujus in utero lithopædium viginti & 8. annis mansisse fertur, prodigium non existimat quidam hujus sæculi philosophus moralis, infantes in utero parentum lapidescere, & per tantam annorum seriem retineri. *Quotidianus, inquit iste, rerum*

humanarum cursus est, ut semel admissa communi errore opinio, tractu temporis solidetur potiùs, quàm exeat, ita ut frustrà laboraverit Socrates, obstetricis officio fungens, ut ab animis avellat adulterinos illos opinionum fœtus, quos perversè conceperunt. Sic omninò se habet noster Antonius Joly, sic malè concepit revulsionis leges, tandiúque gestavit animo, sic pertinaciter assererat secandam pleuriticis saphenam, ut nec ab ipso Hippocrate redivivo, neque à Galeno aliter se doceri patiatur. *Qui quidem error ab hac potissimùm causà provenire videtur, soli namque Medicinæ nulla pœna statuta est in rebuspublicis, præterquam ignominia, quà non læduntur plurimi.* Sed inadver- Ex Hipocr. lege.

tentem & incautum me trahit aliò currentis calami velocitas, etenim non erat animus incruditum carpere, verùm blandiri mihi ſolummodo ſtatueram, me à viro laudatiſſimo noſtrique temporis eruditiſſimo laudari, equidem intelligo, quantùm aquilam inter & noctuam interſit diſcriminis, áttamen mihi gratulor admodum, rationes meas cum Hippocrate & Galeno conſentire, quodque mittendâ poſteris epiſtolâ tuâ, plurimis cumulatus encomiis, fiam tecum æternus & aliquomodò illuſtris, quæ enim mihi laus contingere poterat uberior? Vale Medicinæ decus eximium.

FERRAND.

AUTRE LETTRE
de Guillaume Ferrand,
du mois d'Avril 1675.

A Me François Blondel, Docteur Regent de la Faculté de Medecine de Paris.

MONSIEUR,

Je vous suis infiniment obligé du soin que vous avez pris d'examiner les Lettres du Sieur J. & les miennes, sur la contestation que nous avons eu touchant la saignée du pied aux pleuretiques. Rien ne part de vostre main qui ne soit finy, & ce dernier ouvrage l'est d'une maniere à ne devoir pas estre refusé au

public ſans un dommage tres-conſiderable Je vous parle de bonne foy, Monſieur, & ſans paſſion de publier les erreurs du Sieur J. Le ſeul intereſt de la Medecine, & des pleuretiques qui demanderont ſon ſecours, fait que je ſouhaite que voſtre lettre ſoit imprimée, afin qu'à l'avenir l'on marche par des voyes droites & aſſeurées, & que les moins éclairez ne ſoient plus ſujets à ſuivre des ſentiers qui ne ſont frequentez que par une Medecine égarée. Je vous conjure auſſi de vouloir ajouter, ou de ſouffrir que j'ajoute à chaque citation Grecque de voſtre Lettre, ſa verſion Latine; vous ſçavez les raiſons qui vous ont obligé à faire la meſme choſe, quand vous avez mis au jour voſtre Lettre du mois de Janvier

1666. écrite à Monsieur Alliot Medecin de Monsieur le Duc de Lorraine. S'il arrive qu'un semblable motif vous engage à prendre la plume pour quelques heures, vous expliquerez facilement ce qui pouroit couter des sueurs & des veilles à des gens d'une mediocre literature. *De Aristotele præceptore suo conquestum esse Alexandrum Imperatorem legimus, quod suæ disciplinæ profectum lectoribus suis invidisse videretur, & ita legendos dedisse libros suos, ut ab iis tantùm intelligi possent, qui prælegentem ipsum Aristotelem audivissent.* Je suis persuadé, Monsieur, que vous travaillez plus pour le public que pour vous-mesme; ce qui me fait esperer que vous ne desapprouverez pas mes remontrances, dans lesquelles je gar-

Ex Gellio.

deray toûjours les mesures d'honnesteté que l'on doit à vostre merite ; & chercheray avec empressement les occasions de vous témoigner que je suis,

MONSIEUR,

Vostre tres-humble & tres-obeïssant serviteur,
FERRAND.

AUTRE LETTRE
du Sr Guillaume Ferrand,

A Messieurs les Docteurs de la Faculté de Medecine de Paris.

MESSIEURS,

Il y a plus de deux ans entiers que j'ay receu de Monsieur Blondel, Docteur Regent de vostre Faculté, une decision en forme de lettre sur le sujet de la saignée du pied aux pluretiques, laquelle je ne pus tenir plus long-temps secrete dans mon cabinet, sans me rendre coupable des fautes que l'on fait dans une matiere tres-importante. J'aurois déja pris soin de faire

imprimer cette lettre pleine d'erudition & d'une rare doctrine, si quelques-uns de mes amis n'avoient voulu m'obliger d'y joindre ce que j'ay écrit sur la mesme question, à quoy je n'ay pû facilement consentir, retenu par la crainte des Critiques, dont le nombre est bien plus grand que celuy des autheurs. Une seule chose, Messieurs, peut me relever de cette juste apprehension, c'est de faire passer mes lettres par l'examen de vostre Faculté où elles ont déja paru, persuadé que si vous donnez vostre decret en conformité de mes sentimens, elles iront intrépides aux yeux de toute la terre ; & si aprés cela quelqu'vn est assez osé pour y trouver à redire, *Rumpetur impactus adamanto malleus, & æsopica serpens limam ro-*

dere putans dentes franget proprios. Prononcez donc vos oracles ; & je ne craindray plus la censure (de laquelle je croy mon opinion exempte) mais non pas mon langage ny mes expressions ; non plus que l'ordre que j'ay gardé dans mes lettres, ausquelles je n'ay changé que tres-peu de chose, de crainte que le Sieur J. ne prenne pretexte pour m'accuser que j'en ay alteré le sens. J'ay seulement ajouté quelques authoritez, & rapporté de mot à mot celles que j'avois seulement cottées & designées dans mes premieres Lettres, estimant que ces mesmes authoritez seront d'un grand poids pour le party de la verité. S'il m'est arrivé quelquefois de mesler des matieres differentes,

& de parler (comme l'on dit à bâtons rompus) je n'ay pû faire autrement, puiſque les Lettres de Monſieur J. m'ont ſervy de regle dans ce déreglement, auſquelles j'ay dû répondre de point en point ; vous les avez veuës, Meſſieurs, & je vous les renvoye pour la ſeconde fois. Si j'ay parlé François comme luy, cela ne ſurprendra nullement ceux qui ſçavent que noſtre langue, auſſi bien que noſtre Monarchie, ne cedent en rien à la grace ny au Païs Latin ; & ſi dans le ſiecle où nous ſommes l'on a traité en François les matieres du monde les plus ſublimes & les plus profondes, ſera-ce vn crime de m'eſtre ſervy du meſme langage dont on m'a écrit en traitant une queſtion de medecine ? L'on

trouvera

trouvera peut-eſtre encore dans mes Lettres peu de politeſſe & d'agremens ; eſt-ce ma faute d'eſtre né Provincial, & de n'avoir pas eſté élevé dans les Academies d'éloquence établies à Paris, ou parmy les grandeurs de la Cour, ce ſont des diſgraces dont j'ay beaucoup à me plaindre ; & ſi j'avois eſté libre pour ſuivre mon penchant l'on n'auroit pas eu ce reproche à me faire. Mais pourquoy par avance chercher ma juſtification ſur des matieres dont perſonne ne parlera quand vous aurez donné voſtre approbation. Je ne vous la demande, Meſſieurs, qu'autant que vous m'en jugerez digne : & de quelque maniere que vous en uſiez, je ne laiſſeray pas d'avoir pour voſtre

Faculté toute la consideration que je dois : Je me loüeray de vostre justice, & seray toujours,

MESSIEURS,

A Paris le 27. Aoust 1677.

Vostre tres-humble & tres-obeïssant serviteur,
FERRAND.

LETTRE
DE MONSIEUR BLONDEL, Docteur Regent en la Faculté de Medecine de Paris.

A Monsieur Ferrand, Docteur en la Faculté de Medecine de Montpelier, Conseiller & Medecin ordinaire du Roy, Intendant des Eaux minerales d'Auvergne.

MONSIEUR,

C'est avec regret que j'apprens par la vostre du onziéme du mois passé, que vous estes en peine des Lettres & écrits que vous avez mis entre les mains de Monsieur le Moine, à present Doyen de nostre Faculté, touchant le different pour le sujet de la saignée du

pied receu entre vous & Monsieur J. Docteur en Medecine de vos voisins, dans la rencontre d'une pleuresie advenuë au R. Pere Gardien des Capucins de Gannat. Si on se fut adressé à Monsieur le Doyen, auquel vous aviez donné toutes vos Lettres & celles dudit Sieur J. avec l'écrit que je vous avois adressé touchant vostre differend, par l'ordre & priere de Monsieur Garbe, pour lors nostre Doyen, il y a long-temps que vous auriez eu tout ce que vous souhaitez avec autant de justice que le meritoit vostre bon naturel à conserver la bonne & ancienne pratique de la Medecine : ces Messieurs nos Confreres, qui ont esté preposez par la Faculté pour examiner toutes lesdites Lettres, ayant il y a plusieurs mois satisfait au deû

de leur commiſſion; & je n'ay rien ſceu de ce delay que par un mot d'écrit de Monſieur l'Abbé de Fonnoble voſtre neveu, depuis le 28. du mois paſſé. Depuis lequel temps, à raiſon que nous ſommes en vaquances des Eſcoles, je n'ay pû joindre Monſieur le Doyen que Samedy dernier à la viſite ordinaire des Malades, qui me dit qu'il avoit depuis long-temps les papiers que vous luy aviez mis entre les mains, leſquels il me promit de me renvoyer par le grand Bedeau de noſtre Faculté, avec le decret qu'elle a rendu ſcellé en bonne forme; & depuis ayant receu de la part de Monſieur le Doyen leſdites Lettres, enſemble le decret de noſtre Faculté, j'en ay chargé Monſieur voſtre neveu pour vous le fai-

re tenir. Vous excuſerez ſi vous ne le trouvez pas ſi étendu qu'il euſt eſté , ſi Monſieur J. euſt donné , comme vous avez fait, ſon conſentement par quelque Lettre addreſſée à la Faculté, pour en paſſer par l'avis d'icelle. C'eſt pourquoy elle s'eſt contentée d'approuver voſtre geſtion conforme à la bonne methode, fondée ſur la doctrine d'Hippocrate & Galien qu'elle a toujours ſuivy, & que nous conſervons en faiſant la Medecine. Je prie le ſouverain Medecin qu'il vous maintienne dans cet eſprit pour le bien de toute voſtre Province, ne pouvant ſouffrir que cette ſcience venuë d'en haut, & qui s'eſt tenuë debout tant de ſiecles, donne du nez en terre par la negligence ou ignorance de ceux qui pratiquent la Medecine,

& voguent en cette mer ſans leur bouſſole, ſe laiſſant emporter au gré des vents qui regnent & durent quelque temps par la faute de ceux qui ont un pouvoir ſouverain pour arreſter ce caprice & cette licence effrenée d'oſer tout ſans regle, raiſon ny meſure priſe des loix fondamentales de la Medecine, qui ne peuvent changer pour quelque occaſion que ce ſoit, ny eſtre abrogées. Vivez donc dans ces ſentimens: mettez-vous à l'abry de ces tourbillons, & me croyez toujours,

MONSIEUR,

A Paris ce 11. Aouſt 1678.

Voſtre tres-humble & tres-obeïſſant ſerviteur,
BLONDEL.

AUTRE LETTRE de Guillaume Ferrand.

Au Sieur I.

DISCES forsitan egregie Doctor, & famæ tuæ dispendio (si quæ tibi fuit unquam) doceberis tandem, quantum ab Hippocrate & Galeno Medicinæ coriphæis discrepas, quantum à legitimâ medendi methodo diffides, & quàm longè à recto rationis tramite discedis, dum pleuritide laborantibus (nullâ indicante lochiorum, menstruorum, vel hæmorrhoidum, suppressione, nullo nisi tuo requirente delirio, saphenam tundi præscribis. Tandem judicata res est, etenim opinio mea ra-

tione probata dudum, & orthodoxorum medicorum autoritate, jam illustrissimi viri Francisci Blondeli lucubratione, & Facultatis Medicinæ Parisiensis approbatione, confirmatur, ita ut statutum maneat solam internæ cubiti sectionem è directo lateris dolentis convenire. Apage tuas Arabum quisquilias, quibus fulciri dum contendis, illos nedum intelligis, nam in ipsó pleuritidis principio principiante saphenam tundunt perperam, tu verò magis sexta morbi die, & celebratâ septies Basilicæ sectione, cædis eandem. Quid plura referam, quamvis inglorius, *vis dicier hic est*, & per civitatis compita promulgando litteras à te mihi scriptas muliercularum & plebeculæ laudibus inhiare non desinis, ovansque personatum

Gal lib de purg Med. Facu't cap. 4. geris victorem. *Audebis impostorum lepidum caput in coronis hominum præconis instar vocem attolere, & prolixas nugas quales sæpè deblaterasti insonare.* Dum tu Vichiacum non vocatus venis nundinas visurus aquarias, dum hydropotas sequeris mendicaturus famam & quæstum quæsiturus, ægrotantibus ego curæ meæ delegatis auxiliares manus, per otia mentem & oculos purioris & sanctioris medicinæ scriptoribus adhibeo. Hos tu si legisses, quorum seriem in litteris meis apologeticis liquet advertere, statim fassus esses tàm procul ab Hippocrate & Galeno te distare, quam procul & ad distantissima revulsionem facere moliris in inflammatione membranæ costas succingentis: *Nec erubuisses palynodiam canere,*

& Augustini exemplo juveniles errores retractare. Si ſapis igitur tantillum, memineris quod *ſat citò, ſi ſat benè*; ſapienterque monenti obtemperans cavebis imposterùm ne in tales errores impingas. Vale.

FERRAND.

F I N.

Extrait du Privilege du Roy.

PAR Privilege du Roy, en datte du 16. Avril 1683. figné, Par le Roy en son Conseil, JONQUIERES, & scellé: Il est permis à EDME COUTEROT, Libraire à Paris, d'imprimer ou faire imprimer un Livre intitulé, *Lettres Apologetiques de M. Ferrand, Docteur en Medecine, Conseiller & Medecin ordinaire du Roy, Intendant des Eaux minerales d'Auvergne, adressées à M. Ioly, aussi Docteur en Medecine, dans lesquelles il est traité & prouvé qu'il ne faut pas saigner les pleuretiques au pied, & celles du S. Blondel, Docteur en Medecine de la Faculté de Paris sur le mesme sujet*; & défences sont faites à tous autres de l'imprimer ou faire imprimer pendant le temps de six années, aux peines portées par ledit Privilege, & aux charges y contenuës.

Registré sur le Livre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, le 8. May 1683.

Signé C. ANGOT, Syndic.

Acheve d'imprimer pour la premiere fois le 13. Janvier 1685.

ERRATA.

Page 8. lig. 15. Jauhinus, *lisez* Jacchinus: p. 11. l. 11. perfundatur, *lis.* pertundatur: *ibid.* l. 22. du bout, *lis.* du tronc : p. 12. l. 13. data parta, *lis.* data porta : p. 13. à la marge, l. 5. in nudit, *lis.* in medicine : *ibid.* l. 7. præsenti, *lis.* præsertim : p. 14. l. 4. si altare, *lis.* si altera : p. 16. l. 22. dolent, *lis.* dolente: p. 17. l. 1. & quæ, *lis.* ea quæ : p. 20. l. 2. inferiores, *lis.* interiores : *ibid.* l. 7. misere, *lis.* mittere: *ibid.* l. 9. vel malleolos, *lis.* vel malleolo : *ibid.* l. 17. s'expliquer, *lis.* s'explique : *ibid.* à la marge, gal. ord. *lis.* gal. eodem : p. 22. l. 20. cette moitié, *lis.* cette verité : p. 28. l. 13. uti non convenit, *lis.* uti non conveniet : p. 37. l. 4. la contestation, *lis.* les contestations : p. 39. l. 5. dans une, *lis.* dans ma : p. 48. l. 19. vacuat, *lis.* vacuet : p. 49. l. 9. remittendum, *lis.* revellendum : p. 53. l. 21. tibi enim, *lis.* fere enim : p. 60. l. 13. chez nous, *lis.* chez moy : p. 61. l. derniere, versalius, *lis.* vesalius: p. 79. l. 7. vostre, *lis.* nostre: p. 81. l. 16. scalpet, *lis.* scalpel : p. 87. l. 9. inter Doctorem, *lis.* A. J. Doctorem : p. 96. l. 6. Gaunateusium, *lis.* Gonnatensium : p. 97. l. 23. istac, *lis.* isthæc: pag. 98. l. 6. non, *lis.* nos : *ibid.* l. 20. jussere, *lis.* tristis : p. 101. l. 1. notis, *lis.* votis : *ibid.* l. 14. intemperia, *lis.* intemperiis: p. 102. l. 9. merumque, *lis* minui : p. 103. à la marge, *ex inferis*, lis. *& inferis* : p. 104. l. 17. cap. 10. *lis.* cap. 2. Dans l'interpretation du Grec en

Latin,qui eſt à la marge , il faut qu'elle ſoit ainſi , *ac abſolutè Revulſio facienda eſt, in ſuperas quidem partes fluentibus humoribus ex inferis ; In his verò quæ ad inferas ex adverſo:* pag.105. l. 8. cova, *liſ.* cavâ : pag. 106. l. 8. ἰδω, *liſ.* ὅιδω : *ibid.* l.11. ſoymni, *liſ.* ſcymni: p.107. l.20. παραχέτευσι, *liſ.* παραχέτευσις:p.109. l. 11. διαρισμὸς , *liſ.* διορισμὸς: p. 111. à l'explication de ἐντελέχια, à la marge *Actus & perfectio*: p. 113. l.14. prius, *liſ* primùm:*ibid.* l. ultima, Avicularum, *liſ.* Anicularum:pag. 114. l.9. ex poſita, *liſ.* ex poſitu : p. 115. l. 2. huic, *liſ.* hunc : p.117. l.2. è Galeno, *liſ.* Galenum: *ibid.* l.4. Hippocratem, *liſ.* Hippocratis : *ibid.* l. 7. art. 26. *liſ.* 27. p. 118. l. 18. cum, *liſ.* omnis : p. 119. l. 21. in audit, *liſ.* is audiit. p.120. l.8. ἀθρόωσι, *liſ.* ἀθρόως:p.121. l. ultima, κοείῳ, *liſ.* μυείῳ: p. 122. à la marge, *Atque hoc mura indicationum ex morbo ſumit*, liſ. *Porrò & ſuam ex morbo habet indicationem* : *ibid.* l.16. ἀπὸ τῶν βραχιόνων, à la marge liſ. *e brachiis* : *ibid.* l. 17. *è maleoſis*, liſ. *vel è malleoſis* : p.123. l. 9. à la marge, *ſit*, liſ. *fit* : *ibid.* l. 10. & 11. *Neque eo in affectu*, liſ. *Neque eo in Anginæ affectu* : p. 124. l. 3. plurium, *liſ.* plurimum : *ibid.* à la marge,l.6. liſ. *etiam*: *ibid.* à la marge, l. 19. & 20. liſ. *conſuetarum nempe vacuationum* : *ibid.* à la marge, l. 33. *proxium*, liſ. *proximum* : p.125. l. 3. commeatus, *liſ* commeatui : *ibid.* l. 13. Vicerum, *liſ* Viarum : p. 126. l. 18. foro, *liſ.* foco : p. 127. l. 20. confectaneos, *liſ.* confecraneos : p. 128. l. 6. &, *liſ.* ac : *ibid.* l. 8. Mi-

nus, *lis.* Unius modò : *ibid.* l.12. & 13. cucurbitalis, *lis.* cucurbitulis : p. 129. à la marge, *Vacuationi*, lis. *Vacuatione* : *ibid.* l. 7. querelâ, *lis.* querelæ : p. 130. l. 11. æstuabandus, *lis.* æstuabundus : p. 131. à la marge, l. 3. *incipient*, lis. *incipiente* : p. 132. l. 7. τὸ, *lis.* τῷ : *ibid.* l. 10. καὶ δέρμων, *lis.* ἢ δέρμων : *ibid.* l. 11. bis, *lis.* his : *ibid.* l. 16. ὅπων, *lis.* ὅπαν : *ibid.* l. ultima μόλγα, *lis.* μάλεαν : *ibid.* à la marge, l. 7. *& cursu*, lis. *aut cursu* : p. 133. l. 12. pertinent, *lis.* pertineat : p. 134. l. 12. πώθει, *lis.* πάθει : p. 135. l. 7. subdita, *lis.* subita : p. 136. l. 3. amplius, *lis.* amplæ : *ibid.* l. 10. admoneantur, *lis.* admoveantur : p. 138. à la marge, sur l'explication τῶν ἐνορμώντων, lis. *impetum facientium* : p. 139. l. 8. proficiendæ, *lis.* perficiendæ : p. 141. l. 4. Ubi &, *lis.* Ubi is : *ibid.* l. 6. plurium, *lis.* plurimum : *ibid.* l. 11. cognovisse, *lis.* agnovisse : *ibid.* à la marge, l. 14. *acutissimi*, lis. *acutissimis* : p. 142. l. 12. μέρας, *lis.* μέρος : p. 143. à la marge, l. 6. *evenalis*, lis. *enematis* : *ibid.* l. 17. foro, *lis.* foco : p. 144. l. 1. τὴν ἐν ἀγχῶνι, *lis.* τὴν ἐπ' ἀγκῶνι : p. 145. l. 3. τοῦτον, *lis.* τοῦτο : *ibid.* à la marge, l. 5. *adunitis*, lis. *adnatis* : *ibid.* l. 7. comparent, *lis.* compareat : *ibid.* à la marge, l. ultima, lis. *cephalica* : p. 146. à la marge, l. 6. *Renas*, lis. *Venas* : p. 147. l. 1. carde, *lis.* cardo : p. 148. l. 17. ἐνῆθεες, *lis.* εὐήθεες : *ibid.* l. 18. cucurbita, *lis.* cucurbitali : p. 150. l. 5. πάνο, *lis.* πάνυ : *ibid.* l. 9. σλωύα, *lis.* σικύα : *ibid.* l. 11. ἐμμελικωθῆναι, *lis.* ἰλιγγιωθῆναι : *ibid.* à la marge, l. 25. & 26. *dolore*, lis. *dolor* : *ibid.* à la

marge, l. 28. *acurrimus*, lis. *acerrimus* : *ibid.* à la marge, l. 29. *definat*, lis. *desinat* : *ibid.* à la marge, l. 30. *ver*, lis. *vel* : *ibid.* à la marge, l. 31. *ver*, lis. *vel* : *ibid.* à la marge, l. 32. *hec*, lis. *hoc* : *ibid.* à la marge, l. 37. *five*, lis. *fine*: *ibid.* à la marge, l. 39. *e diverso*, lis. *e directo* : *ibid.* l. ultima, & cœlib. *lis.* & cœlio : p. 151. l. 2. num, *lis.* unum : *ibid.* l. 3. altius, *lis.* attinet : *ibid.* l. 11. sœpenum erò, *lis.* sæpenumerò : p. 152. l. 2. tam, *lis.* tum : p. 153. l. 10. λγισμῶ, *lis.* λογισμῶ : p. 154. l. 9. τῦς, *lis.* τῦτο : *ibid.* l. 16. num, *lis.* unum : *ibid.* l. antepenultima, Nudique, *lis.* Undique: p. 155. l. 5. soles, *lis.* solis : p. 156. l. 7. tum, *lis.* tam distincta : p. 159. l. 16. rediviro, *lis.* redivivo : p. 157. l. 10. videris, *lis.* videaris: *ibid.* l. 21. suis, *lis.* tuis : p. 158. l. 4. doctoram, *lis.* ductorem : p. 160. l. 4. incruditum, *lis.* ineruditum : p. 168. l. 14. grace, *lis.* græce: p. 172. l. 4. receu, *lis.* meu : p. 179. l. 5. insonare, *lis.* intonare. Par tout où il y aura saphæne, mettez-le par e simple : Et aussi revulsione par un grand R.

